

Petrus de Vinea

*Ep. V 60 (Ad maiestatis
nostrae presentiam...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 60 (Ad maiestatis
nostrae presentiam...)*

1240-1241?

Eidem, ut provideat cuidam fideli de aliquo regimine.

1. Ad maiestatis nostrae presentiam ueniens B. de Asisio, fidelis noster, nostro culmini humiliter supplicauit, ut, cum pro fide nostra seruanda a ciuitate prefata, nostris rebellibus, discedendo ad nostra peruenerit seruitia moraturus, et in eisdem seruitiis permanserit et nunc permanet fideliter et deuote, pro suorum restauratione dampnorum et remuneratione seruitiorum dignaremur de nostra gratia eidem de aliquo competenti regimine provide. 2. Nos itaque ipsius supplicationibus inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, inspectis tam qualitate personae supplicantis eiusdem quam seruitiis nostris, prefato supplicanti de aliquo competenti regimine provide procures, quod suae conueniat qualitati: in quo nostris seruitiis utilis et sibi fructuosus existat.